UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL

BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Plvtarchi Chaeronensis Moralia, Qvae Vsvrpantvr

Svnt Avtem Omnis elegantis doctrinæ Penvs : Id est, varij libri: morales, historici, physici, mathematici, denique ad politiorem litteraturam pertinentes & humanitatem : omnes de Graeca in Latinam linguam transscripti summo labore, cura, ac fide

Plvtarchi Chaeronensis Ethicorum Sive Moralium

**Plutarchus**

**Impressum Francofor. ad Mœn., M.D.LXXXXII**

In libellum utrum vitiositas miserum sola possit efficere

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-351

Visual Library

*quod non animaduertit interpres.* ἄνλιτυποι *etiam optime habet scriptus. Idem habet* καλλωπονλίζει & παςάντε.

# IN LIBELLVM, VTRVM VITIOsitas miserum sola possit efficere.

H*Ic siue libellus siue fragmentum initio caret. versus Euripidis videtur esse de aliquo, qui bene dotata vxore ducta, se & libertatẽ vendiderit,* Πεπραμένον τὸ σῶμα τῆς φέρνης ἔχων, *iãbicus fuerit senarius. Scriptus post* βραχέα *addit* δὲ. *vt appareat fuisse institutam comparationem inter talem maritũ, & eũ qui errore opinionis opes vitiosus quibuscunq; rationib. consectatur, quem illo multis modis miseriorem iudicet. Quod autẽ de Sicyonio illo infertur, ad Echepolum pertinet. Vide Homerũ Iliad.* ψ. *versu 295. equorum altor lege, non equos alens.*

120.9. Vltro.] δι' αὐτῶν *forte* δι' αὐτῶν. *scriptus* δι' αὐτὸν. *vt videatur ad* πλοῦτον *referri. pro* πόρρωνς *legẽdũ* πόρνης *duxi.* Est & cui laniata.] *Protesilao confert. versus est Iliad.* β. *700.*

120.40. Proposito scripto] *legendum* προκηρύσσειν, *non* προσκηρ. *scriptus, & ratio, vt* προγράφειν. *Mox* πέδας περιχρύσσαν. *scriptus* παραχρύσσαν, *non probo.*

121.26. Exstructo rogo.] *Legebatur* στρατοπέδων ἐν μέσῳ τυραννήσας, *quæ vox quin sit praua, quis non videat? nam vt* τυραννεῖν *sit legionibus imperare, doceri posse nõ arbitror: quod interpres finxit. Legendum est autem* πυρὰν νήσας *vel* ννήσας. *à verbo* νήω *(quo etiam Xenophon est vsus) vel* ννέω, *quorum vtroq; Homerus & alij vtuntur, & significat cõgero, construo. Ita vestigia ipsa secutus fœdum mendum licet tollas. Obseruandum est autem, in huius historiæ narratione à Liuio, qui copiose eam lib. 8. recitat, & aliis discrepare autorem libelli huius: secutum, vt arbitror, Græcos scriptores, qui vt cum Latinis consentiant, vel ex parallelis, vbi hoc ipsum in bello contra Albanos factum dicitur, animaduerti potest. Is ergo, quẽ secutus est no-*

 *ster, tra-*

*ſter, tradidit Decium ſe pro imperio patriæ Saturno deuouiſſe, viuumq; in ignem conieciſſe: id ſic eſſe, hæc contra fortunã flammas minantem diſputatio, & exempla demonſtrant ita, vt nihil ſentiat, qui hoc non ſentit.* Non ergo audacter, *ſed libere* πυρὰν νήσας *reſtitues. nota eſt litterarum* π & τ *affinitas. & oſcitans librarius duabus vocibus in vnam conflatis, ac* π *in* τ *mutato, maculam loco illeuit. Cæterum Saturnum non ſuperorum, ſed inferorum deum habitum, Plutarchus docet quæſt. Rom. XXXIV. eidemq; fuiſſe ſuperſtitione quadam homines immolatos, conſtat. & Euſebius extremo libri primi* προπαρασκ. εὐαγγελ. *de Saturno filium immolante ob patriæ ſalutem, è Sanchuniatone Pœno refert. Et libro eiuſdem operis IV. de hominibus Saturno immolatis, Porphyrium aliosq́; teſtes citat. præcipue Diodorum lib. XX. Carthaginienſes quoq; Saturno filios ſuos immolaſſe, vel ex Plutarchi* περὶ δεισιδαιμ. *notum eſt. & Gelo victor coegit eos iſtum morem mutare. In ſcripti codicis margine eſt* οἴμοι τυρρ. *reliqua amputata ſunt. ſed quidquid fuit, nihil fuit.*

122.4. Male educatos.] τοὺς ἀθρέπτους. *Scriptus habet* ἀθρύπτους, *quod huc nõ quadrat. mox ſupra* ζύθει *habet annotatam aliam lectionem.* ἐρύθει. *Sed Zythum ebur emollire, eſt apud Dioſcoridem.* ἐρύθος *quid ſignificet, non habeo.*

122.11. Quemadmodum.*] *illud* πάροικος *quid verbi eſt? aut quid rei? cuius loco ego aſteriſcum ſignaui. Externum alieno cætui ſe admiſcentem interpres tranſtulit. Ego doctiorũ hic opem imploro. Obſeruatum certe eſt, inflammari vulnera ac morbos ſuperuentu eorũ qui pedib. iter confecerunt, inquit Plinius lib. 25. c. 2. & rurſum conſtat aggrauari vulnera introitu eorum, qui vnquam fuerint ſerpentium canis've dente læſi. 28. 3. In his aliquid non prorſus abſimile eſt. Sed non ſatis fit mihi.*

ibid. 19. Opem Nequaquam.] γασίαν; πόθεν; οὐ: *ſic legendum, non* πόθεν οὖν. *ſcriptus, & ratio* διαλογισμοῦ. *Sub finem pro* ἐπεὶ π. *forte* ἐπισείει. *& pro* ποιεῖ, πλοεῖ.

IN LI-